Qd si ita fuit: fugitur altius suggestione
prius peccauit cum auctoritas tradat
ideo peccatum diaboli incurabile esse. quia non
suggestione. sed propria superbia cecidit.
Hominis uero curabile. quia non per se. sed
per alium cecidit. et ideo per alium resurgere
potuit. Quo circa predicta adi illa pium
ac diligentem lectorem efflagitant. quod sic
intelligere sane censemus. Non decere est
homo. i. in actum iuius peccati. ut s. lignum
uetitum ederet. et in hac misenat per tem-
ptationem diaboli. nisi elatio comprimenda
precessisset. non utique temptationem.
sed opus peccati. Tat enim fuit ordinis
processus. diabolus temptando dixit. Si
comederitis. eritis sicut dii scientes bonum
et malum. Quo audito statim menti mulieris sub-
repsit elatio quedam. et amor proprie po-
testatis. ex quo placuit ei facere quod diabo-
lus suaderet. et utique fecit. Suggestione nam-
que peccauit. quia temptatio precessit ex
qua in mente eius orta est elatio quam pec-
catum operis secutum est. et pena peccati. Q
Peccauit quidem ergo in eum **fuit elatio**
et mulier fuit uero certo quod **mulieris**
credidit. et uoluit habere similitudinem
dei cum equalitate quadam putans esse
[illegible]
[illegible]
Quomodo crederet mulier diabolo. nisi

¶ Quomodo sunt intelligenda illa uerba: hic diffinit.

¶ Vide temptationis ordinem

rat. sed nec prior seductus fuit. nec in eo in quo
mulier. ut crederet deum illud lignum i-
deo tangere prohibuisse. quoniam si tangerent
fierent sicut dii. Verumptamen preuaricator
fuit adam ut testatur apostolus. Potuit quoque
aliqua elatio menti eius inesse nunc post temp-
tationem ex qua uoluit lignum uetitum
experiri cum mulierem non uideret mortuam.
esca illa percepta. Unde Augustinus super genesim. Cum
apostolus adam preuaricatorem fuisse ostendat
dicens. In similitudinem preuaricationis ade
seductum tamen negat uocari. Adam non est seduc-
tus. sed mulier. Unde et interrogatus non ait. Mu-
lier seduxit me. sed dedit michi et comedi.
Illa uero inquit. Serpens seduxit me.
Hanc autem seductionem proprie uoca-
uit apostolus per quam id quod suadebat cum fal-
sum esset. uerum putatum est. s. quod deus lignum
illud ideo tangere prohibuerit. quia sciebat
eos si tetigissent uelut deos futuros tamquam
eis diuinitatem inuiderent qui eos homines
fecerat. Sed et si uirum propter aliquam mentis
elationem quod deum latere non potuit. Sollicita-
uit aliqua experiendi cupiditas cum mu-
lierem uideret accepta illa esca non esse mor-
tuam. nec tamen eum arbitror si iam spiritali
mente preditus erat ullo modo credidisse. quod di-
abolus suggesserat. **Quid plus peccauit adam**
Hic queritur quis eorum plus peccauerit. adam. s. et
[illegible] uidetur peccasse mulier quam uo

Hic est uerum quod diabolus suadebat: tamen in aliquo fuit seductus. ut ueniale putaret peccatum.

¶ Quam apostolus uocat seductionem qua mulier seducta est

(https://fragmentarium.ms/view/page/F-f537/10124/74255)